

Penitus reicitur systema ubi intelligitur non male sed nullatenus.  
Quod facillime fit, tum quia etiam doctissimi ad novum systema  
intelligendum sine frontis sudore non perveniunt, tum quia hebetiores  
sicut certo sciunt aliud verum et ~~aliud~~ aliud esse falsum ita  
superflua et vana esse censent problemata cohaerentiae, consequentia  
problemata intelligentiae, ordinatas quaestiones  
problemata intelligentiae, quaestiones sapienter ordinatas  
cohaerenterque solutas, conceptus systematice formatos, novum denique  
vocalorum sensum technicum

Penitus reicitur systema ubi non intelliguntur quae supra  
exposuimus: e problemate cohaerentiae oriri problema intelligentiae  
quod solvi non potest nisi quaestionibus ordinatis, ordinatis  
possit  
solutionibus, systematicis conceptibus, ~~manu~~ technica quadam  
terminologia. Quae omnia peracta a quolibet agnosci possunt  
ut nova, ~~antardiammnovmuoqumemubvmanx~~, ab haebetioribus ut vana,  
ut nova, ab hebetioribus ut vana, a piis ut veritati contraria.  
Vera enim sunt quae in sacris libris leguntur, quae a sanctis  
sunt dicta, quae de operibus S. Augustini sunt excerpta. Sed  
systematica illa tam novitatem sapiunt quam antiquos philosophorum  
errores. <sup>8</sup>

omnia ordinat et omnia iudicat. Unde in sequentibus capitulis, sapientiae est determinare utrum a processionibus divinis incipiendum sit, utrum deinde de relationibus tractandum sit, <sup>utrum</sup> ut tertio de personis agendum sit, et caetera omnia quae ordinem quaestionum respiciunt. At intelligentiae erit primum assertum de emanatione intelligibili et divina perspicere; ibi exigitur sedula, pia, sobria inquisitio; ibi laboratur; ibi qui potest capere, capiat. Quod si Deo dante capitur, caetera plana atque facilissima inventientur; perspectis enim principiis, quasi ~~non~~ sponte sua conclusiones exsurgunt.

Proinde, aliud est quasi implicite problema sentire et exercite ad eius solutionem procedere, aliud autem est problema explicite formulare et signate problematis existentiam demonstrare, tertium denique est multitudinem problematum non solum explicite et signate proponere sed etiam ea sapienter ordinare. Cuiuslibet enim est implicite et exercite procedere. Exculti est existentiam problematis demonstrare, primo afferendo Sed Abaelardus in opere, Sic et Non, (ML 178, 1329-1610) circa propositiones centum quinquaginta et octo tum partem affirmativam tum partem negativam demonstrare contendit. Unde et quaestionis definitio quaedam apud Gilbertum de Porreta invenitur, ut conscia methodo techniceque elaborata proceder ab Y. Congar detecta est qui evolutionem quaestionis mediaevalis descripsit (DTC XV<sup>1</sup>, 370 ss.).